

a Aug. de predest. SS. 18.
 b Aug. eodem c. 18.
 c 1. Jo. 4. d. 2.
 Tim. 1. e ad Tu. 3.
 f Rom. 9 g Rom. 10.
 h Ephes. 2.
 i Ephes. 1.
 k Enlg. de incar. c. 21.
 l Idem in epilogo dicta lib.
 m Aug. l. de pamtien cap. 20.
 n Idem epistola 105.
 o Idem 9. 154. super Exod. p Enlg. de sac. ad Petr. c. 3.
 q Aug. c. 12. de corr. & gratia.
 r Aug. c. 13. de corrupt. & gratia.
 s Initio ejusdem c. videp. 7. 2. 3. ar. 7.
 t Prosp. l. 2. de vocat. Gent. c. 33.
 v Aug. 13. de Trin. c. 16.
 Jo. 6. Jo. 10.

eramus futuri, quia elegit ipse, prædestinans ut tales per gratiam ejus essemus. a
 Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suæ, ut nemo defusa, sed de illius erga se voluntate gloriaretur: fecit hoc secundum divitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suam quam proposuit in dilecto filio suo, in quo fortem consecuti sumus, prædestinatum secundum propositum non nostrum, sed ejus qui universa operatur, usque adeo ut ipse in nobis operetur & velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus. b
 Qui prior dilexit nos. c
 Qui nos liberavit & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum B propositum suum & gratiam. d
 Qui non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit, e
 Qui cujus vult miseretur, f
 Et invenitur à non querentibus, g
 Alique ex gratia salvat per fidem (& hoc non ex nobis, Dei enim donum est) non ex operibus, ut ne quis gloriaretur; h
 Qui prædestinavit nos in adoptionem Filiorum, per Jesum Christum, in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ. i
 Qui vasa misericordiæ sine ullis meritis solo gratiæ dono præparavit in gloriam. j
 Et in Christo ante mundi constitutionem gratiæ elegit & prædestinavit ad regnum. l
 Hæc est electio gratiæ, id est, electio qua per Dei gratiam homines eliguntur: Hæc est inquam electio gratiæ, qua omnia bona merita præveniuntur humana m
 Qua eligendos facit ipse, non invenit. n
 Quod enim addidit, Dominus Exaud. 33. & miseroribus cui miserus ero, & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero: ibi planè expressius ostendit vocationem qua nos vocavit in suum regnum & gloriam: non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua: o
 Illi ergo cum Christo regnabunt, quos Deus D gratuita bonitate sua prædestinavit ad regnum. p
 C A P. X I V.
 Certus est numerus electorum.
 N Am Sanctus in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis, &c. tale adjutorium datur, ut eis perseverantia ipsa donetur; q
 Alique ita, numerus Sanctorum per Dei gratiam, Dei regno prædestinatus, donata sibi etiam usque in finem perseverantia, illuc integer perducatur. r
 Hæc de his loquitur, qui prædestinati sunt in regnum Dei; quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam nec minuat ex eis. s
 De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præsentia Dei quæ falli non potest, nihil perdit; & nullo detrimento minui potest summa præcognita, atque in Christo ante sæcula prælecta. t
 Horum ergo prædestinatorum nemo cum diabolo peribit, nemo usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. v
 De his lapidibus nihil ejicitur, nihil minuitur, nihil rapitur. Veritas enim dicit; omne quod dat mihi Pater, venit ad me, & cum qui venit ad me, non ejiciam foras. Et iterum, non creditis, quia non estis de ovibus meis. Oves

meæ vocem meam audiunt, & ego novi illas, & sequantur me, & ego vitam æternam do illis, & non peribunt in æternam, nec quisquam rapiet eas de manu mea. a
 Ex illis nullus perit, quia omnes electi sunt: electi sunt autem, quia secundum propositum vocati sunt; propositum autem non suum, le Dei; de quo ad cap. Gal. maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minori: & alibi, non secundum opera nostra, inquit, sed secundum suum propositum & gratiam. b
 Horum si quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus: Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus: sed nemo eorum perit, quia nulla res vincitur Deus: electi autem sunt ad regnandum cum Christo: c
 Certus est ergo præcipientiæ definitus numerus, & multitudo sanctorum, quibus diligentibus Deum (quod eis donavit per diffusum in cordibus eorum Spiritum sanctum) omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt, &c. Sunt enim & alij vocati, sed non electi. d
 C A P. X V.
 Deus sine acceptione personarum liberat unum, non alium.
 S Ed injustum est, inquit, in una eademque mala causa, hunc liberari, illum puniri, nempe ergo justum est utrumque puniri. Quis hoc negaverit? Agamus ergo gratias Salvatori, dum nobis redditum non ceruimus, quod in damnatione similitum etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim omnes liberarentur, lateret quid peccato per justitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. e
 Quare ergo hos eligit in gloriam, & illos reprobat, non habet rationem nisi divinam voluntatem. f 105.
 Sed quomodo, inquit, non est iniquitas apud Deum si diligendo discernit, quos merita operum nulla discernunt? Ita nobis hoc dicitur, tanquam id Apostolus ipse non viderit, non proponens: Quid ergo dicemus? inquit, nunquid iniquitas apud Deum? continuo respondit: Absit; rationemque reddens cur absit, id est, cur non sit iniquitas apud Deum non ait; merita enim vel opera judicat etiam parvulorum, etiam si adhuc sint in materno utero constituti: Quomodo enim hoc diceret, qui jam dixerat de nondum natis, & de ijs qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod non ex operibus, sed ex vocante dictum sit; major serviet minori? sed cum vellet ostendere, cur in ijs non sit iniquitas apud Deum, ait: Moyse enim inquit, miseroribus cui miserus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis, cui meriti mors debetur, non ad merita hominum sed ad Dei misericordiam pertinere quod quisque liberatur: atque ita non esse iniquitatem apud Deum, quia neque remittendo, neque exigendo quod debetur injustus est? g
 Nec ulla est acceptio personarum in duobus debitoribus æqualiter reis; si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroque debetur. Sed ut id, quod dicimus, alicujus exempli manifestatione clarescat; constituamus aliquos ab aliqua

a Pre-
 spei.
 resp. 8.
 ad cap.
 Gal.
 Rom 9.
 b Aug.
 c. 7. de
 corrupt.
 & grat.
 c Ibidem.
 d Aug.
 epist.
 106.
 e Aug.
 epist.
 f Tbo.
 1. p. 9.
 5. 3. vi-
 de ad c.
 9. Rom.
 5. 1. ad
 Ephes.
 Rom 9;
 g Aug.
 106.